



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

- I. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Zehdenick zwei Hufen Landes im Dorf Schwanebeck, am 8. April 1257.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54745](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54745)

II.

Stadt und Kloster Zehdenick.

- I. Die Markgrafen Johann und Otto vereignen dem Kloster Zehdenick zwei Hufen Landes im Dorf Schwanebeck, am 8. April 1257.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis. Johannes et Otto, dei gratia Brandenburgenses marchiones, Omnibus in perpetuum. Ut quod rite agitur, iuste ad posteros referatur, Universis Cristi fidelibus tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod nos duorum mansorum in villa Swanebeke sitorum, quos fidelis noster Albero, curie nostre marscalcus, monasterio ancillarum Cristi de Cedenic pro anime sue remedio contulit et salute, eidem monasterio contulimus proprietatem perpetuo proprietatis titulo possidendam. Sperantes etiam ut cum eiusdem fidelis nostri donatio sine nostro consensu posset in irritum revocari, a domino, qui est omnium piorum operum fidelissimus retributor, et gratiam consequi et favorem. Et ut hujus nostre proprietatis donatio firma ipsi monasterio in perpetuum maneat et inconvulsa, presentem paginam conscribi fecimus et Sigillorum nostrorum munimine roborari. Adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec: frater hermannus, Lector fratrum minorum de Berlin, Henricus, prepositus de Saltwedele, Gerardus de Kirkowe et alii quam plures. Datum Zpandowe, anno domini MCCLVII, In die sancto pasche.

Nach dem Originale im Stiftsarchive zu Zehdenick.

- II. Der Markgraf Otto schenkt der Kirche in Zehdenick eine jährliche Getreide-Rente im Krüge Dürag, am 26. November 1265.

In nomine domini Amen. Nos Otto, dei gratia Brandenburgensis marchio, recognoscimus et presentibus nostris litteris publice protestamur, quod cum consensu filiorum nostrorum ecclesie in Zedenick unius chori avene proprietatem in taberna ville Doratz contulimus perpetuo possidendam. Et ut nostra donatio futuris temporibus inviolabiliter perseveret, presentes nostras literas in evidens testimonium et robur validum conscribi iussimus et sigilli nostri et filii nostri